NUOVI DOCUMENTI

Nuovi Documenti

sul monumento di Giulio II.

I.

(Arch. segreto Vaticano. Divers. Camer. vol. 103, fol. 232-234).

Paulus PP. III.
Florentin (*sic*).

Cum sicut nobis constat postquam dilectus filius Magister Michelangelus de Bonarotis civis florentinus unicus et singularis pictor et statuarius alias fe: re: Julio pp. II. predecessori nostro sub certis conditionibus industriam et operas suas locaverat ad fabricationem et constructuram sepulcri marmorei quod sibi vivens disponebat et preparabat pro ducatis decem millibus auri de Camera dictoque Julio defuncto testamenti ipsius Julii exequtores summam decem millium ducatorum hujusmodi ad decem et sex mille ducatorum similes et forsan aliam majorem summam certo modo auxissent ex dictisque sexdecim millibus ducatorum summam octo millium ducatorum similium ipsi Michaelangelo a nobili viro Francisco Urbini Duce ad quem et exequtores predictos coniunctim vel divisim curam et perfectio sepulcri hujusmodi spectat soluta fuisset et manu operi forsan apposita Franciscus Urbini Dux vel exequtores predicti cum eodem Michelangelo concorde — volente et consentiente ac pariter auctoritate pie me: Clemente septimo etiam predecessore nostro ad finem et effectum infradicendum ab omnibus et singulis conventionibus tam inter Julium predecessorem primo quam successive per ipsos cum dicto Michelangelo factis et initis ad conventiones et pactiones infrascriptas devenissent inter alia videlicet ipsum Michaelangelum ab omnibus et singulis primo et secundo dictis conventionibus et pactis ac pecuniorum summis supradictis per ipsum habitis quietassent, absolvissent et liberassent, propterquam idem Michaelangelus facere et dare novum modellum seu designum dicti sepulcri ad sui libitum ac etiam sex statuas marmoreas inceptas et nondum perfectas sed sua manu perficiendas et alia quocumque ad sepolturam predictam preparata et etiam infra certum tunc expressum nunc jam diu effluxum terminum summam duorum millium ducatorum similium computata certa sua domo tunc expressa in extimata, et quod ulterius exponi necesse esset in sepulcrum hujusmodi loco infra quatuor menses sibi en die celebrati contractus hic in Urbe assignando ad debitum finem perduci possit. Pecuniasque ipsas sic exbursandas de tempore in tempus de consensu et voluntate procuratoris dicti Ducis exbursare promiserit et se obligaverit. Prelibatusque Clemens predecessor dicto Michelangelo qui forsan ab urbe florentina sine ipsius Clementis licentia abesse non poterat ad Urbem veniendi et in ea standi per duos menses plus vel minus prout ipsi predecessori placeret. Ex qua propter dictas sex statuas opus sepulcri juxta novum designum hujusmodi finiendum in solum vel in parte alij seu alijs licentiam et facultatem concesserat pacto inter ipsos etiam adiuncto quod in eventum in quem ipse Michaelangelus premissa non observaret quietatio predicta nulla et nullius roboris et momenti esset et ipse Michae-

UNIVERSITÄTS-BIBLIOTHEK HEIDELBERG
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/archivio_storico_arte1894/0532
gefördert durch die DFG